



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quod Dei simplicitas nulli prædicamentorum subijcitur. G

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

Cap. i. in  
fine.

esse, quod est fortem esse, aut prudentem aut iu-  
stum, potest enim esse animus, & nullam istarum  
habere virtutum.

*Tanta est Dei simplicitas, quod nulli predica-  
mentorum subiicitur.*

QVOD autē in natura diuina nulla sit accidē-  
tiū diuerſitas, nullaq; penitus mutabilitas, sed p-  
fecta simplicitas, ostendit Augustin. in quinto de  
Trinitate dicēs, Intelligamus Deum, quantū pos-  
sum⁹, sine qualitate bonū, sine quantitate magnū,  
sine indigentia creatorē, sine situ præſidentē, sine  
habitu omnia continentem, sine loco ubiq; totū,  
sine tempore sempiternū, sine vlla ſui mutatione  
mutabilia facientem, nihilq; patientem, quisquis  
Deū ita cogitat, & ſi nondū potest omnino inue-  
nire quid ſit ipſe, pie tamen caueat, quantū potest  
aliquid de illo ſentire, quod nō ſit. Ecce ſi ſubtili-  
ter intendas, ex his atq; prædictis aperitur, illa  
prædicamenta artis dialecticæ Dei naturæ mini-  
me cōuenire, quæ nullis eſt ſubiecta accidentib⁹.

*Quod Deus non proprie, ſiue abuſiue dicatur  
ſubſtantia.*

Cap. 4. in  
fine.

Cap. 5. eius-  
dem cano-  
nic.

Ibidem pau-  
lo inferius.

Ibidem pau-  
lo inferius.

VNDE nec proprie dicitur ſubſtātia, vt Aug. o-  
ſtendit in lib. vii de Trin. Sicut ab eo q̄ eſt eſſe ap-  
pellatur eſſentia, ita ab eo q̄ eſt ſubſiſtere, ſub-  
ſtantiā dicimus: ſi tamen indignum eſt, vt De⁹ di-  
catur ſubſiſtere. Hoc enim de his reb⁹ recte intel-  
gitur, in quibus vt ſubiectis, ſūt ea quę in aliq̄ ſub-  
iecto eſſe dicuntur: ſicut in corpore color, aut for-  
ma. Corpus ſubſiſtit: & ideo ſubſtātia eſt. Res er-  
go mutabiles neq; ſimplices, pprie dicuntur ſubſtā-  
tiz. De⁹ autem ſi ſubſiſtit, vt ſubſtātia pprie dici  
poſſit, ineſt in eo aliquid tanquā in ſubiecto: & nō  
eſt ſimplex. Neſas eſt autē dicere vt ſubſiſtat De⁹  
& ſubſit bonitati ſuæ: atq; illa bonitas non ſubſtā-  
tia ſit, vel poti⁹ eſſentia, neq; ipſe Deus ſit bonitas  
ſua, ſed in illo ſit tāquam in ſubiecto. Vnde mani-  
feſtum